





11367.

~~No. 14~~
Q. D. B. V.

1673, 6 8

DISPUTATIO JURIDICA
de

ARCANIS PARTIUM,

Sub custodia Judicis & Officii versantibus,

Quam

Permissu Magnifici & Nobilissimi in celeberrima
Academia Salana Jctorum Ordinis

SUB PRÆSIDIO

*Viri Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi
atq; Excellentissimi*

DN. ADRIANI BEIERI,

J. U. D. celeberrimi, & Curia Prov. Saxon.
Advocati longè meritisimi,

Domini Patroni ac Præceptoris sui

ætatem devenerandi

Publicè ventilandam proponit

PETRUS Kluge /

Weidâ - Varisc.

AUTOR RESPONSURUS

Ad diem Julij, Horis Lochoque consuevis.

JENÆ, Literis BAUHOFFERIANIS, 1673.





V I R O
NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ET CON-
SULTISSIMO

DN. ANDREÆ *Gaubi* /

Judicii Ducalis, quod Salfeldiæ est, Præfecto
dignissimo, meritissimo,

ut &

V I R O
PLURIMUM REVERENDO, AMPLISSIMO
ATQVE EXIMIE DOCTO

DN. M. BARTHOLOMÆO

Francken /

Pastori ac Diacono apud Neostandenses ad Orlam
vigilantissimo, meritissimo,

DOMINIS PATRONIS, PROMOTORIBUS & FAU-
TORIBUS suis, nullo unquam pretio satis æstimandis

*Hanc Disputationem Juridicam in debiti honoris testi-
monium, & studiorum suorum commendationem*

dedicat & consecrat

PETRUS *Ruge* /
Aut. & Resp.



SECTIO I.

De

Judice ejusque Vicario, Commissariis, Referendariis & Assessoribus.

THES. I.

In judiciis versantur Personæ cum litigantes, tum judicantes, & utrinque tam principales, quam administræ seu adjuvæ: Judici adsistunt alii consultando & cooperando, alii famulantur exsequendo, pars operas liberales, scilicet, qui sunt à manibus; pars præstat illiberales, qui nempe sunt à pedibus.

TH. II.

Iudex est Iustitiæ antistes, eumque oportet esse gravem, sanctum, severum, incorruptum, inadulabilem, contraque improbos nocentesque immisericordem atque inexorabilem, erectumque & arduum & potentem, vi & majestate æquitatis veritatisque terrificum, ut ait Budæus in *l. justitia 10. ff. de J. & J.* vid. Bœkel. *de publ. judic. disq. 13.* Multum igitur ad auctoritatem suam interest, secretum eum esse, ut nesciatur quid intendat, maxime propter metum subornationis, ut apparebit ex dicendis.

TH. III.

Quod ut ritè procedat, PRÆSIDEM à reliquo separabimus OFFICIO, atque in præsentī sectione acturi

A 2

su.

sumus de IUDICE; sed insimul de ipsius Locum tenente seu VICARIO, dem Vice-Land, oder Hoff, Richter / eò quod & ipse absente Iudice præsideat, delegatam exercendo Jurisdictionem. TH. IV.

COMMISSARIOS adjungemus, qui nobis sunt ad certas causas, tanquam distincta processus judiciarii capita, extra locum & tempus judicii expedienda deputati, v. g. ad amicabiles compositiones, oculares inspectiones, testium examina & sim. qui in negotio sibi commisso tanquam Iudices præsentent, diriguntque.

TH. V.

Accedunt denique ADSESSORES, & qui per vices acta perlegunt ex his lecti, REFERENDARII; qui uti non præsentent, cum Iudice tamen in plerisque concurrunt, ac fermè solà processus directione autoritateque differunt, unde Parliamentorum Ordinationes plerumque de iis simul disponunt, eodemque capite complectuntur.

TH. VI.

Ut verò certâ incedamus viâ, spectabimus (1) objectum, quæ quisque eorum habeat tacenda; (2) formam, seu modum satis tutè agendi tenendique silentii; cui (3) admiscetur subjectum seu personæ, à quibus cavere ipsis necessum; nec dememinerimus (4) horum jurium interpretationis, tum extensivæ; tum (5) restrictivæ: quibus omnibus visis (6) de excessibus coercendis quædam adjiciemus. Adsis Jova ceptis!

CAPUT I.

Quæ arcana sint sub Iudicis custodia.

TH. I.

De objecto verò inveniendò diu non erit deliberandum, sunt enim *Inventa* & *Expedienda*, h. e. quæ ex actis & in iudicio observavit, quæque facturus est ipse.

TH. II.

TH. II.

Priora duum sunt generum, (1) quæ ex actis quisque animadvertit, de quibus, allegante Stypmannô *tr. de Referendar. cap. IV. n. 9. p. 64. seq.* cautum Ordinatione curiali Pomeranicâ: Ne ulli partium litigantium consilia aut admonitiones vel cautelâs suggerant, **seiner Parthey rathen oder Warnung thun**/h.e. quæ in actis unius observarunt, alteri proficua vel nociva futura, ne pro futura cautela prodant. (2) quæ in confesſu judiciali inter consultandum ab uno vel altero aguntur aut proferuntur, ac si ad notitiam alterutrius litigantium venirent, in usum suum transferre posset: Quorum propalatio prohibita per *Ord. Cam. p. 1. T. 13. §. 16.* quod repetitum in *Concept. nov. Ord. Cam. p. 1. T. 19. §. 10.* Quorsum referri ac notari meretur Statutum Facultatis Juridicæ in Alma hac nutrice legum Salana c. VI. *de sede Scabinali vs. Receptus*, cui alligatur Ordinarius æque ac Assessores, dum invicem juramenti promittere jubentur **Re- rum omnium, quæ in confesſu tractantur, disceptantur, deciduntur, nihil se evulgaturos, sed habituros secreta ea & quàm maximè occulta; donec videlicet sententiæ à Judicibus locorum publicabuntur: Ne uni vel alteri parti tergiversandi detur occasio. Et post aliqua interjecta: Quod definitum erit, Nemo foris evulgato.**

TH. III.

Posteriora iterum triplicis sunt generis: alia seorsim Præsidi incumbunt, ut tali, in aliquibus autem cum eo concurrunt reliqui, quædam denique ab illis peculiariter expediuntur. Propria Judici est (1) **PROCESSUS DIRECTIO**, cujus vigore inter reliqua etiam acta judicialia inter Assessores ad referendum distribuit, ita quidem, ut ne unus præ reliquis gravetur, neque tamen processus retardetur.

A 3

Cui

Cui ergo hæc vel illa tradiderit, ut clam habeat, vel ea propter opus est, ne hi, quorum interest, sententiam pro se ferri, corrumpant eum, atque in suas pertrahant partes, aut sanè conentur saltem, vel certè apud adversam partem de hoc suspectum reddant.

TH. IV.

Prius illud cautum est in Serenis. Ducum Megapolitanorum Ordinatione iudicii provincialis *Mecklenb. Land und Hoffger. Ordn. part. 1. Tit. 3. verb. So soll Er auch/weme Er die Acta ad referendum einantwortet/in guter Geheim halten.* Posterius quod attinet, negari nequit, partes succumbentes, vel qui sanè vinci metuunt, exceptiones undecunque corradere solere, ac si jura deficient, ad facta recurrere, contra modum procedendi, contra adversarii personam & Procuratores multa adferendo, nec Iudici pariendo.

TH. V.

Ex frequentiori autem Iudicis cum litigantibus conversatione & familiaritate, præter contemptum, subnasci potest suspicio collusionis. Qua de causa in Cæsareo provinciali iudicio Ducatus Sveviæ, nimia cum Procuratoribus familiaritas Adessoribus est interdicta, *Landgerichts Ordn. part. 1. Tit. 5. verb. Es soll benebens die zu viel gebrauchte Gemein und Kundschaft der Assessoren mit den Partheyen und Procuratoren ins künfftig allerdings abgeschafft seyn/argum. forsan l. 19. ff. de offic. Præs. ibique Lambert. Goris in Comm. vid. Schneider in Process. Tit. 6. n. 51. p. 63.*

TH. VI.

Cum qua dispositione convenit Statibus provincialibus Comitatus Marchiæ, in *Bedenden* super ordinatione provinciali Ducatus Cliviæ & Marcæ Ducis Wilhelmi in Comitibus Camen. d. 17. & 18. April. 1583. ibi: *Richtern verbos then*



then werde/ sich täglicher Gemeinschaft und Unterhal-
tung streitender Partheien zu entcuffern/ damit allerley
Nachrede und Verdacht vorgekommen. Feltman. *de juram.
perhorresc. cap. 5. n. 14.*

TH. VII.

Alterum Judicibus peculiare est (2) DICTIO SEN-
TENTIÆ, post vota videlicet Assessorum audita: quam
modis omnibus tegere, atq; in scrinio pectoris occultam ser-
vare studebit, ne motum & sensa animi penetret quisquam.
Facem ipsi præfert Callistratus *Lib. I. de cognitionib.* pruden-
tissimè monendo, Iudicem neque in cognoscendo excan-
descere adversus eos, quos malos putat, neque precibus ca-
lamitosorum inlacrumari oportere, *d. l. 19. §. 1. ff. de Off. Præsidi.*
Id enim non esse constantis & recti Iudicis, cujus animi mo-
tum vultus detegat.

TH. VIII.

Imperator autem Constantinus in quodam ad Maxi-
mum, Præfectum Urbi, rescripto, id quod à Jcto svasum est,
in legis necessitatem transferendo, vetat Iudicem, ne ullâ
interlocutione divulget quæ sentiat, sed tanquam ad imita-
tionem relationis, quæ solum audiendi mandat officium,
præbeat notionem, postremâ sententiâ quid sibi liqueat,
proditurus. *l. 22. C. ad L. Corn. de Fals. h. e.* non debet iudex
præmaturè interloqui, utpote ex quo adparere potest, in
quam partem inclinet; sed hac in re Iudicem datum seu pe-
daneum imitari, cui cognitio tantum & examinatio parti-
um, non verò & definitio mandata, hic enim non debet de-
finire quidquam, sed referre superiori: Sicut etiam ordi-
narius Iudex, qui Principem consuluit, non debet antè quid-
quam definire, quàm à Principe responsum acceperit, vid.
Menoch. Lib. I. arb. jud. qu. 37. n. 17.

TH. IX.



TH. IX.

Iudici certis casibus similes sunt ex Adfessoribus ad certum actum extra terminum juridicum & locum iudicii expediendum deputati COMMISSARII, quippe quem & ipsi dirigunt ac quasi præfident, adjunctum ex amanuensibus habentes aliquem, tanquam sui tribunalis Actuarium. Hisce silentium vel eapropter incumbit, quòd partium interesse sciant, gesta ibi ignorari, quodque Iudex in formanda sententia multum tribuat relationi Commissarii, ut adeò qui hanc rescivit, illam facillè divinare possit.

TH. X.

Imò taciturnitatem plerumque verbis exsertis formulæ seu mandato Commissionis inseri, Rutg. Rulant *tr. de Commiss. Lib. I. cap. 25. n. 2.* adfirmat. Quod si tamen nusquam aliunde probari hoc posset, conijcere tamen debebant ex eo, quòd Notarios Commissioni adhibendos peculiari ad silendum sacramentò constringere jubeantur, Rulant. *d. tr. in Formular. part. I. Lib. I. cap. 2.* jam verò

Turpe est Doctori, cum culpa redarguit ipsum.

TH. XI.

Cum Præfide concurrunt ADSESSORES deliberando, consultando, vota conferendo & concludendo. Ubi non solum ex naturali ad dissentendum inclinatione in diversas abeunt sententias, quandoque ex mera æmulatione, invidia, singularitate & contradicendi studio, verum aliquando & ex rectæ rationis dictamine, & ad conscientiæ securitatem: quas collisiones ubi prodere quis ausit, non Collegii modò elevaverit auctoritatem, verum & Collegas odio eorum, contra quos dixerunt, exponet: id quod cordatus & candidus Collega nemo faxit, cum ex lege naturæ: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, ad hoc teneatur, idemque sibi ab aliis metuendum habeat.

Sed,

T H. XII.

Sed, ne Legislator videatur ad causas Iustitiæ deputatos soli rationis ductui, quem spernere facile possent, reliquisse, leges quoque, de hoc silentio latis, deprehendimus. Et primò quidem cum Imperatore Statûs imperii nostri in constitutione pro augustissimo Camerae iudicio *part. 1. Tit. 13. §. 16.* tam Iudici quàm Assessoribus injunxerè, ne quæcunque in iudicio sive consultando, sive votando & concludendo communiter agitantur, manifestent: verba sonant: Es sollen auch die Richter und Beysitzer bey ihren gethanen Gelübden und Eyden alles, so im Recht gehandelt/votirt und geurtheilet wird/in ewige Zeit in guter geheim halten/und niemands offenbahren: quod repetitum in *Concept. nov. ord. Cam. part. 1. Tit. 19. §. 10.*

T H. XIII.

Atque huic dispositioni conformant se Statûs Imperii quoad suas etiam provincias, quotquot stylum Camerae, quantum ad processum, observant, præprimis allegari meretur ordinatio Pomeranica *Pommerische Hoffgerichts Ordn. Tit. 3. §. 13. in verb.* die Assessoren und andere Beirichters, verwandte Personen sollen bey ihren gethanen Eyden und Pflichten alles/so im Rath gehandelt/votirt und beschlossen wird/bis in ihre Grube geheim und verschwiegen halten/und niemand offenbahren.

T H. XIV.

Quod ad Assessores seorsim pertinet, Relatio actorum est, unde REFERENDARIUS vocatur, cui ex eorum ordine impositum est manus acta hujus vel illius causæ per-lustrandi, factum & jus excerpenti, & quæ in materialibus & formalibus observavit, in Senatu referendi: Ad quem omnia, quæ de Iudice & Commissario quoad sententiam, quam dicturus est, tegendam, attulimus *suprà*, hîc repetita

B

volu-



volumus; cum & noster futurae sententiae formulam concipere debeat: neque minus ea, quae de Assessoribus in genere constituuntur, sibi dicta putet, ut qui è numero eorum ad hoc selectus, membrum collegii propterea esse haud desinit.

TH. XV.

Quare Acta domi custodire, quae ex illis observavit, reticere, vota & consultationes desuper habitas clam tenere, ut coeteri, debet, ad haec omnia jurare jussus, *praë alleg. Pommerische HoffgeR. Ordn. pag. 40. ut allegat Franc. Stypman. tr. de Referendar. cap. 4. n. 9. p. 64. seq. verb. Keiner Parthey rathen oder Warnung thun / die Heimlichkeit und Rathschläge des Gerichts den Partheien oder andern / vor oder nach dem Urtheil nicht öffnen / quae interpretatur. Id. ibi n. 25. & 29. p. 68. seq.*

CAPUT II.

Quomodo & à quibus cavendum.

TH. I.

Modum quod attinet, quò quisque supra dictorum secreta satis recta servare commodissime queat, notandum, quòd proditio alia sit positiva & activa, quàm verbis vel factò aut gestibus aliquid publicamus: de qua Serenis. Duces Megapol. dicta ord. jud. provinc. p. 1. T. 4. §. Der Vice-Sandrichter / ita disponunt: und von solchen relationibus, Urtheilen und votis zuvor unter sich nicht communiciren / auch davon und allen andern / wie es sonst Nahrung haben mag / das allergeringste nicht eliminiren / noch jemand ichtwas offenbahren / besondern bey sich in Geheim behalten. Alia permissiva & passiva, quàm animi sensa explorari patimur, neque adversus expiscatores firmiter satis nos praemunimus; contra quam Callistratus *suprà* monebat.

Ab



TH. II.

Ab utraque verò Iudicem & Collegas sibi cavere oportet: atque, ut tantò studiosius id faciant, observent personas, quibus cum conversari suadet officium & functio. Primò quidem litigantes, eorumque Procuratores & Advocatos, qui non minus, ac vultures cadaver, circumvolabunt ipsum, facta, gestus, dicta, omnia observabunt singula quàm scrupulosissimè, atque aliquando longè plura exinde præfagient, quàm vel cogitavit ipse, vel evenit postea; nihil quoque non tentabunt ad aliquid eliciendum, largitiones, minas, pollicitationes, lamentationes.

TH. III.

Præcipua verò sexus fœminei, tela dixerim, an technæ, sunt lacrumæ, *arg. l. 1. §. 28. ff. ad Scitum Silan.* de quo sexu Camillus Borellus apud Dn. Struv. *Synt. civ. Ex. 7. §. 14.* iudicat, formâ & astibus muliebribus Iudicem corrumpere felicissimum & audentissimum esse. Sin igitur semel vel minimam cordis penetraverint rimulam, plus ultra pergent, & eodem sive donorum sive lachrymarum adulterinâ clavi residua conclavia referare, victoriamque persequi tentabunt.

TH. IV.

Quantopere autem à litigantibus cavendum habent sibi, tantò vel majori contra propriam familiam, uxores, liberos, amanuenses, studiò custodienda habent pectoris præcordia: quin & acta ipsa, & quidquid ex archivo secum absportare domum permittitur, maximè verò potissimam actuum suorum partem, Excerpta & Relationem: ne futuram olfaciant sententiam.

TH. V.

Qua de re itidem observamus constitutum in *Ord. Cam. p. 1. T. 13. §. 17. ibi: Item, es sollen die Assessoren die Acta*

und Gerichtl. Händel/so ihnen zu referiren gegeben/ in
Ihrer Behausung nicht vor den Dienern und Hausge-
sind liegen lassen/ sondern in guter Geheim und Ver-
wahrung halten/ und soll also und dermassen durch alle
Personen Fürsichung beschehen/ damit die Partheien und
Procuratores nicht erfahren mögen/ wer die Referenten
sind/ und was die Urheil/ vor Eröffnung/ innhalten.
Sondern sollen Kammer/ Richter/ Assessores, Protonota-
rien und andere der Canzelley Personen alle Nachschlä-
ge auf das geheimste bey ihnen behalten.

TH. VI.

Quæ verba licet sua fecerint Pomeraniæ Duces, atque
in Pommerisch. Hoffgerichts. Ordn. Tit. 3. §. Demgleichen
14. pag. 17. eundem inferant sensum, tamen, quia non omni-
um teritur illa Ordinatio manibus, atque insuper Uxores
superaddit personis à quibus cavendum, patiens Lector æ-
quo feret animo huc reponi, Demgleichen die Acta und
Gerichtl. Händel/so ihnen zu referiren gegeben/ in Ih-
rer Behausung für ihren Weibern/ Dienern und Haus-
gesind nicht liegen lassen/ sondern in Geheim/ Acht/ und
Verwahrung halten/ damit die Partheien und Procura-
tores, wer der referent sey/ und was des Urtheils Inhalt
ist/ vor Eröffnung desselben/ keine Erfahrung noch wissen
erlangen/ add. Stypman. de Referendar. cap. 5. n. 133. p. 97.

CAPUT III.

Quæ à reatu excusent, vel minus.

THES. I.

Post jura allata, videbimus eorundem interpretationem,
tum extensivam tum restrictivam. Quia enim aliquoti-
es phrasin, vor Eröffnung desselben/ observare licet, tur-
bari facile quis posset, quasi semel publicatâ sententiâ, omnia
pro-



promiscuè, tanquam perruptis repagulis, possit impunè effutire: ideò ampliamus, (1) ut ne quidem postea promiscua competat promulgandi facultas.

TH. II.

Atque pro majori evidentia distinguimus inter ipsius sententiæ jam formatæ contenta, atque inter consultationes ac vota, super eadem adhuc formanda in Collegio instituta & prolata. Priora ubi partibus semel publicata sunt, ex ipso nomine pro secretis non habentur amplius, daturque copia cuivis petenti; & eò trahenda restrictio illa. *vor Eröffnung desselben.* Sed posteriora in perpetuum fileri, horum interest, qui deliberationibus atque consiliis interfuerunt: propter odia enim, quibus suppositi essent, liberas posthac non dicturi essent sententias.

TH. III.

Quare minimè ex fide & candore agit cum Collegiis, qui ut litigantium favorem conciliet sibi, fabam omnem in Collegas cudit, tantum eorum existimationi detrahens, quantum quarit sibi. Et huc pertinent verba *O. C. p. I. T. 13. §. 16. in ewtge Zeit. & T. 58. verb. vor oder nach dem Urtheil. Ord. Judic. Pomer. T. 3. §. 13. ibi: bis in ihre Grube/ & sim.*

TH. IV.

Ampliamus deinde (2) regulam atque exaudimus eandem tam activè, quam passivè: h. e. quòd nec ipsi motu proprio quid revelare, neque exploratoribus aditum concedere debeant, uti *sup.* de modo jam fuit monitum.

TH. V.

(3) Ratione subjecti dupliciter: tum (1.) quòd nec litigantibus ipsis, nec aliis, per quos notitiam accipere possint illi, manifestare debeant. *O. C. T. 57. verb. den Partheien oder niemands/* tum (2) quòd & in sua persona taciturni esse,

& familiam, maximè amanuenses, debeant alere silentarios : pro ut non Commissariòs modò Notarium, cuius operâ volunt uti, peculiari ad tacendum sacramentò adstringere debere audivimus, verùm indifferenter Assessores in famulis, ministris seu scribis suis idem observare per *Concept. nov. Ord. Cam. p.1. T. 19. §. pen.* jubentur, ne ipsos tanquam Referentes nominent,, vel cætera iudicii arcana forsân ad notitiam eorum perlata revelent : Sicut & protocolla, per famulos ad Senatum perferenda, obsignare debent, vid. Dn. Blum. *Process. T.7.n.51.p.34.* TH. VI.

Sed quid si non litigantes aliquid Judici crediderunt, verùm is aliud agendo fortè fortunâ comperit, vel ex actis observavit, an eadem tacendi obligatio stringit? Ita videtur, atque adeò ampliamus (4) ratione objecti, seu modi innotescendi, ut tam quæ ipsis specialiter revelantur, quàm quæ observant, vel in quæ casu incidunt, æque reticere debeant; Neque enim temerè ipsis, sed officii intuitu acta, documenta, jura, defensionesque demonstrantur, dum nihil de iis sinistri suspicamur; pari ergò fide litigantibus respondebunt, & quam fidem apud se quæri vident, inveniri patiantur.

TH. VII.

Nec denique (5) per modum tacitæ receptionis saltim ad silendum tenentur, à quo suæ spontis actu pro arbitrio rursus valeant resilire; Sed conceptis verbis juratò promittere jubentur. Ac primò quidem iudex & Assessores per *O. C. p.1. T. 57.* post reliqua reticentiam sacramentò confirmant, verb. *und was in Rathschlägen und Sachen gehandelt wird/ den Partheyen oder niemands zu eröffnen/ vor oder nach dem Urtheil. add. Mecklenb. Land und Hofgerichts Ordn. p.1. T.15. rubr. des Land Richters End in med. ibi: und was in Rathschlägen und Sachen gehandelt wird/ den Partheyen oder niemands eröffnen/ für und nach dem Urtheil/ & Tit.*

¶ Tit. 16. des Vice Land-Richters und anderer Assessoren
End in med. verb. und was in Rathschlägen und Sachen
gehandelt wird / den Partheten oder niemand für oder
nach dem Urtheil eröffnen.

TH. VIII.

Quæ verba quoniam ubique eodem modò sonant, tum
hoc innuunt: officium eorum unum idemque esse; tum illud:
Ordinationes Provinciarum ad normam Ordinationis Ca-
meralis esse compositas. Referendarii juramentum jam sup.
fuit positum.

TH. IX.

Ad interpretationem restrictivam pertinent declaratio-
nes & temperamenta loquendi, & inde fluentes limitationes,
quarum aliquot in locis sup. laudatis licuit observare, quas pro
complemento materiae & ad plenitudinem methodi huc pau-
lò distinctius repetemus. Estque (1) privatus ausus & pro-
pria autoritas: unde sequitur, quòd ex jussu superioris mani-
festatio fiat licita: Dum hoc notemus, non qualemcunque,
sed specialem determinationem, quid, cui, quantum, & quan-
do, requiri, per O. C. p. 1. T. 13. §. 16. verb. Sie werden dann
solches durch die Keyserl. Majest. oder uns als Röm. Kö-
nig sonderlich bescheiden und geheissen.

TH. X.

(2) Aliam sumit regula declarationem ex detrimento
proximi: unde fallit in capitibus, quæ sciri citra litigantium
præjudicium possunt. Sed hæc & alia latius persequendi occa-
sio erit Sectione seq.

CAPUT IV.

De genere delicti & poenæ.

TH. I.

Atque hi sunt termini & cancelli, quos intra Judex cum
Vicario & Collegis reliquis se continebit, quos observans
tutus

tutus erit. Quantum verò exorbitando peccet, & quæ manent eum poenæ, patebit, si quæ virtus sit, ea cuncta servare, prius viderimus.

TH. II.

Et constat, si quis suâ sponte in statu absoluto & à nemine sollicitatus taceat, Temperantiam quidem & Prudentiam ostendat suam; sin adversus expiscationes præmuniverit peccus, constantiam; Si ut neminem lædat, Justitiam: Sin juratus insuper fecerit, Fidem declarare commendandam. Sin contrà intemperanter effutiat, vel imprudens explorari se patiat, non adversus propriam modò peccabit auctoritatem existimationemque, causaque erit, quò minus ulterioribus admoveatur functionibus, incertus, an præsentem sit retenturus: Verùm etiam, si damnum aliquod ad litigantium alterutrum ex loquacitate sua redundet, ex Aquilia lege ad refarciendum istud tenebitur, quia non suum cuique tribuit, *l. ex lege §. si quis & ibi Flor. de S. Petro ff. ad L. Aquil. Gregor. Vivienn. ad lætum introitum Carol. V. Moron. tr. de treuga & pace qv. 10. p. 2. n. 1.*

TH. III.

Equidem videbantur solùm Quasi-deliictum committere, quando ex imprudentia fecerunt, *arg. pr. J. de obl. quæ quasi ex del. nasc.* quia tamen in præsentia non agimus de meritis causæ, de sententiæ justitia, de ea formanda & fundanda, sed de jam concepta occultanda usque ad definitum tempus, in quo Iudex non peccat, ut Iudex, seu quatenus occupatur in jure, ad factum applicando, sed de jam applicato benè regendo & ritè circa illud versando, non possumus Quasi- sed verum deliictum, damni illationem vocare; ibi qualitas, hîc usus sententiæ spectatur.

TH. IV.

Possunt quoque injuriarum conveniri, si animò injuriant-

riandi manifestaverint. Vivien. & Moron *dd. ll.* Quod si consideremus Iudicem in relatione ad munus, cui præfici se passus est, tacitamque interposuit fidem, Perfidum sanè reputamus loquacem: sin sacramentum æstimemus, perjurium committi credimus: quia denique dicta ejus pro non dictis reputantur, Falsi videmus eum insimulari, vid. *can. qui ambulat. 5. V. qv. 5. Rutg. Rulant tr. de Commiss. L. I. c. 25. n. 7.* quod si aliquid eorum, quæ in Senatu gesta sunt, in Collegas rejiciat, subdolam fraudulentamque dixeris versutiam, a candore alienissimam calumniam, perfidiam, etne schmaus chichte/ meuchlerische/ heimtückische Untreu.

TH. V.

His præmissis de pœnis infligendis videbimus: (1) Propter perfidiam amittit fidem, vid. *Bl. in l. nullam 14. C. de Testib. & in c. I. vers. nota revelationem. Quib. mod. feud. amitt. l. f. 17. Paris de Put. tr. de Syndic. in cap. de Excessibus Consiliar. juxta tritum illud: Frangenti fidem fides frangatur eidem: nec non Fidei Comitum, bonam Famam; quâ amisâ fit instabilis. arg. §. 6. l. de Test. ord. à suo principali deponitur officio. Petr. de Anchoran. in Clem. I. §. quia verò. de Stat. Monach. Tiber. Decian. v. 3. Conf. 48. n. 21. non Collegæ modò, sed cordati quivis consortia ejus vitabunt, moniti à Sapientissimo Regum Prov. XX, 19. sey unverworren mit dem der Heimlichkeit offenbahret.*

TH. VI.

(2) Propter Falsum pœnâ Legis Corn. de Falsis tenetur, l. I. §. Is qui. 6. ff. de Fals. *Bl. in l. f. vers. extra queritur. C. de Edend. Damhoud. pr. Cr. c. 123. n. 19. Angel. de Perus. tr. de Testib. n. 17. & in tr. de malefic. versic. Falsario. Curia Pisana cap. 1. Lib. 3. num. 4. & ibi in addit. Alphons. de Azeved. lit. C* Gre-

Gregor. Vivienn. *in addit. ad latum introitum Car. V. verb. Secretarissen seyn sollen.* Paris de Put. *in tract. de Syndic. verb. corrumpens §. si tempore.* Petr. Christianæ *ad C. Lib. 9. decis. 199. n. 26.* Tabor & Barbof. *Lib. 9. cap. 88. pag. 370. n. 20.*

TH. VII.

Quæ pœnæ pleræque sunt arbitrariæ, quia delicta extraordinaria, & pro circumstantiis variant. Hinc Duces Megapolitani laud. *Ord. Cur. provinc. p. 1. T. 4. §. der Vice-Sandrichter circa f. generaliter severam comminantur pœnam, si quis de his, quæ in judicio agitantur, quidquam cuiquam dixerit.*

TH. VIII.

Ægyptii linguam, tanquam membrum peccans, revelanti ademerunt. *Diod. Sicul. Leges Persiæ pœnâ mortis castigabant, qui secreta consilia revelabant: quia judicabant, illum, qui non potest refrenare linguam, membrum ita parvum, multò minus alia majora posse compescere. Qv. Curt. Lib. 4.*

TH. IX.

Utrum verò & ex principiis juris Rom. extraordinaria hæc ad mortem usque extendi possit pœna? Ita in genere de ultimo supplicio post Boccac. tradit Sigism. Scaccia *de judic. c. 87.* ubi multa, quæ hoc caput illustrent, videri possunt. Et refert, Franciscum Billanum, Senatorem, quod sententiam non publicatam revelaverat, ultimo supplicio affectum.

TH. X.

Sed quod gentis pœnæ adhibendum? *Gl. in c. de forma. in versic. de secreto XXII. qv. ult. de pœn. statuit, quod capite plecti: vid. Martinus Laudens. de Consiliar. Princ. §. 2. atrocior est sententia Petri de Bellugo in specul. Principum. Tit. de examinat. rubric. 10. n. 15. quod vivi exuri. Sed Franc. Marci decis. 772. n. 3. pag. 1. Keller de offic. juridico-Pol. Lib. 2. cap. §. putant, quod furcâ suspendi: quorsum pertinet, quod Dom.*

Dom. Soto revelationem Secretorum crimen adulteriô quidem minus, furtô tamen gravius existimet. Nos breviter existimamus, pro circumstantiarum diversitate singula suô locô obtinere posse.

SECTIO II.

De

Officio, von der Cancellery.

CAPUT V.

De Præfecto & Protonotario.

TH. I.

Officium modò munus publicum honoremque significat, *l. 2. §. 1. ff. de his quæ ut indign. l. 4. §. 1. de Off. Proc. modò officiales ipsos, Magistratumque Ministros, l. 6. §. ne tenuis. 5. ff. de Off. Præs. quô sensu nos in hoc cap. per Officium, cujusque tribunalis Protonotarios, Secretarios, Nunciorum Præfectos, Amanuenses ac Nuncios denique ipsos, vel quicumque sub alio nomine simili expeditione funguntur, complectimur, atque ab universis taciturnitatem æquè, atque à superioribus, exigimus; cùm frustra taceat unus, deblaterante altero. vid. Concept. nov. O. C. p. 1. T. 39. §. 7. Dn. Blum. Process. Tit. XI. n. 17. p. 54. f.*

TH. II.

Quoniam verò in Augustissimo Camerae judicio plures personæ ad Cancellariam pertinent, ac primò quidem Præfectus unus, Protonotarii duo, Notarii totidem, totidemque Secretarii, duo denique Ingrossistæ, tres Copistæ, ac tandem Famulus Cancellariæ, *O. C. p. 1. T. 26. §. 1. & 2. hodiè verò juxta sæpè laud. Concept. nov. ord. Cam. longè plures, tradente Blumiô d. 1. 11. §. 21. p. 55. quibus tandem illum, à pedibus dictum, atque ultimò locô Nuncios camerales, quibus peculiaris præfectus esse solet Magister, accenseo.*

C 2

TH. III.

TH. III.

Ideò de singulorum silentio, quantum observare licuit, tractaturus, in tres classes eos dispescam, atque primò Nobiliores, Præfectum, **den Cangelley, Verwalter** / cum Protonotariis; ultimò locò Nuncios & Pedellos, mediò reliquos comprehendam, eâ, quam suprà servavi, methodò incedens, positâ thesi, ampliaciones limitationesque subnectam, de pœnis postremum acturus.

TH. IV.

Officium Præfecti, **des Cangelley, vel Hoffgerichts, Verwalters** / (variat enim nomen, pro lubitu Principalis) describitur, quantum ad Tribunal Germaniæ supremum in *O. C. p. 1. T. 27. per tot.* atque consistit generaliter & paucis in eo, ut sit totius Officii quasi Præses ac Director, cui simul custodia sigilli est commissa, & in reliquos inspectio: quale igitur à Subjectis exigat, ipse prius præstabit silentium. Nos è formula juramenti ipsius, quod habetur *O. C. p. 1. T. 58.* hanc adscribi clausulam, operæ putamus pretium: **Auch die heimliche Gerichts, Handel/ und was in Sachen te/ derzeit gerathschlagt wird/ niemand zu eröffnen.**

TH. V.

Quod ad alias Curias Statuum particulares attinet, peculiare nihil est, quod moneamus, nisi quòd ejus non sit idem ubique usus, sed uti pro causarum multitudine, provinciarum amplitudine & proventuum sufficientia, plures paucioresve aluntur ministri ad reliquas functiones, ita ad causas quoque justitiæ.

TH. VI.

Protonotarius ita dicitur, quòd in officio scribendi primas teneat partes, atque haud absurdè Primicerius amanuensium diceretur. Ejus tum in Camera Imperii, tum aliis judiciis inferioribus aliquis est usus, atque alicubi vicem Di-
re-

rectoris illius unâ sustinet: potissimum occupatur in anno-
tandis consultationibus, votis & sententiis, aliisque complu-
ribus, uti videre est in *O. C. p. 1. T. 28. per tot. & in Concept. nov.*
Ord. Cam. p. 1. Tit. 41. per tot.

TH. VII.

Unde simul objectum ab eodem tacendum perspicitur;
in plurimis commune cum aliis. Sic (1) documenta litera-
ria, ad acta relata, nec Partibus nec aliis communicare, vid.
Ost. Friesisch. Hoffge R. Ordn. Tit. 5. pr. ibi: doch davon
dem Gegentheil ohne Erkänntnis keine Copey geben/
pag. m. 30. (2) Consultationes, & quæ reliqua inter judican-
tes agitantur, quæ, dum alia, v. g. Recessus & sententiæ certis
rationibus communicari permittuntur, absolutè patefieri
prohibentur. vid. *Ord. provinc. Holsat. mox th. 10. hic allegand.*
nec non (3) Secreta judicialia nemini communicare, viden-
da vel legenda dare debet. *O. C. p. 1. T. 59. §. 1. Ost. Friesische*
Hoffgerichts. Ordn. d. t. 5. in f. verb. und solches alles in
höchster Verschwiegenheit halten / und niemands offens-
bahren / Ihm würde dann solches zu thuende / durch den
Hoffrichter und Beysiger befehliche / pag. 39.

TH. VIII.

Adplicantur hæc ad aliorum judiciorum Protonotari-
os, qui speciali quoque juramento ligantur, quod (4) clam
velint habere & nemini ante publicationem, quò tabellari-
us cum actis transmissis iverit, aperire. Facile enim con-
tingere potest, ut aliis narratis vel epistolis inducatur, durch
Nachschreiben. Franc. Stypman. tr. de Referendar. cap. 7. n. 101.
seq. pag. 145.

TH. IX.

Præprimis (5) diligentissima protocollorum, quorum
tres codices confectos habere, per *O. C. p. 1. t. 28. §. 3. & Con-*
cept. p. 1. t. 41. §. 3. jubetur, custodia eidem §. 8. commenda-



tur, nec minus (6) supplicationum provida præcipitur assertio, *ibid.* §. 10. ne illarum decreta prius aliis, quàm Procuratori supplicanti, innotescant. Porro (7) supplicationum defectus & causas denegationis processuum Procuratoribus vetatur revelare, *ibid.* §. 11.

TH. X.

Modus secreta hæc tenendi, quantum ad generalia, colligi potest ex *cap. præced.* In specie not. quòd nec scripto, nec ore prodere, nec auribus, nec oculis aliorum fidei debeat; neque solum acta occultare, verum alicubi obsignare jubetur: eleganter in hanc rem facit *Constit. judic. Holsatica, Holsteinische Landgerichts, Ordn. part. 2. Tit. 4. pag. 19. f. ibi:* und selbiges protocollum votorum alsbald nach gehaltenen Landgerichts, Tage/ mit beeder Herren Secreten versiegeln lassen / und daß sie alles in Geheim halten / und von denselbigen Recessen und Urtheilen (weil die vota gar nicht zu communiciren,) ohne des pro tempore regierenden Herren ausdrückliche Verwilligung und Befehl niemand / wer der auch sey / nicht das geringste / weder heim / oder öffentlich zu sehen / oder zu lesen geben / weniger ausfolgen lassen und offenbahren.

CAPUT VI.

Limites custodiæ & patefactionis
ponit.

THES. I.

Ad interpretationem extensivam pertinent phrasæ, locis allegatis usurpatæ, v. g. in *O. C. p. 1. T. 28. §. 3.* latet ampliatio (1) ratione modi, quòd non obiter ac perfunctoriè, sed studiosè custodire secreta debeant, verb. in guter Geheim halten / & *T. 59. ibi:* getreulich bey den Bericht zu bewahren / *ic.* Niemand zu öffnen / lesen / sehen oder lesen lassen: atque

atque adeò neque activè & pòsitivè, neque passivè & permisivè.

TH. II.

(2) Ratione subjecti *T. 59. §. 1. verb. den Partheyen oder niemand anders: & post pauca: niemand zu öffnen* adeò, ut ne quidem Assessoribus, illorum inspectione indigentibus, absque præscitu illa in Senatu vel Cancellaria inspicienda tradere permittantur; sæpè alleg. *Concept. p. 1. T. 41. §. 9.* (3) ratione temporis. *T. 28. §. 3. verb. in ewige Zeit.*

TH. III.

Eleganter hæc & alia complectitur laudata *Mecklenb. Land und Hoffg. Ordn. p. 5. T. 8. in m.* ubi Protonotarius prohibetur sive litigantibus, sive cuivis alii, de his, quæ aut fidei suæ sunt concredita, aut casu ad notitiam ipsius pervenerunt, quidquam sive nuncupativè revelare, sive, ut legatur, audiaturve, pati, sub ullo velamine aut prætextu; verba sonant: *Alle decreta, Urtheil/ Bescheide und extensiones, oder was sonst in confihis und in gerichtlichen Sachen fürfället / oder Ihm in Geheim anvertrauet wird / oder Sie auch von sich selbst erfahren / hören und vermercken / den Partheyen oder sonst niemanden / er sey auch wer er wolle / aus keinerley Ursach und Behelff offenbahren / weniger lesen / sehen oder hören lassen.*

TH. IV.

Et suprâ memorata (4) sub fide juramenti promittant, cujus formula est in *Ord. Cam. dict. Tit. 59. §. 1. æterno se involuturos silentio. Concept. part. 1. Tit. 41. §. 7. Ordinatio Curia provinc. Megapolitana part. 1. Tit. 19. de Protonotariis, Secretariis & Registratore;* Formulæque juramenti sequentem inserit clausulam: *Urkundten/Brieffe und anders, so ins Gerichte gebracht wird / bey dem Gerichte behalten / dieselbe / oder dero Abschriften davon / ohne Befehl und Erlaub*



laubnis des Land/Richters/ oder in dessen Abwesen/ des-
selben, so seine vices verwaltet / oder auch Erkantnis des
Gerichts/niemand's geben/ noch sonst was heimlich ist/
eröffnen und lesen/ sehen und hören lassen. Alle Heims-
lichkeit des Raths und Gerichts/ auch die vota, abgefassete
Bescheide und Urthel gänzlich verschweigen.

TH. V.

Ad interpretationem restrictivam pertinent declara-
tiones: quarum (1) una in *O. C. p. 1 T. 28. §. 3.* concernit reti-
centiam consultationum, deliberationum ac votorum, quo-
rum discrepantiam annotare quidem, sed non nisi jussu Cæ-
saris manifestare jubentur, verb. *Sie werden dann des*
durch die Kayserl. Majest. oder den so an Ihrer Liebden
und Kayserl. Majest. Statt im verordnetem Reichs Rath
sitzen wird/bescheiden und geheissen. Concept. p. 1. T. 41. §. 7.

TH. VI.

(2) Altera concernit documenta literaria, quæ nec ipsa
citra Judicii totius cognitionem permissionemque partibus
communicare, vigore sacramenti *O. C. tit. 59. §. 1.* permittuntur.
Verum, mox *sequenti §. 2.* declaratur, ut ad procrastinatio-
nem processûs evitandam solius Judicis Cam. decretum
sufficiat. Differentiæ hujus ea videtur esse ratio, quòd superi-
ori casu sc. de Consultationibus & votis, causâ ipsius tribu-
nalis; in posteriori autem de documentis, causâ partium ver-
sentur.

TH. VII.

Consilia clàm agitari, magis interest, quàm acta Judi-
cilia, quæ vel tandem publicari atque partibus communicari
oportet. Quæ agitata fuerint consilia, quale cujuslibet As-
sessoris fuerit votum, solus Cæsar, tanquam supremus ejus
judicii arbiter, tunc nosse cupit, quando ardua controver-
sia suæ committitur decisioni, quò casu pro sua informatione
singul-

singula momenta & circumstantias ponderare necesse habet: cæteroquin, & extra hunc casum nec ipse arcana hæc indagabit; nedum alii: quæ verò partium jura concernunt, semel discretioni personarum Cameralium commisit atque reliquit.

TH. VIII.

Neque huic contrarium habetur in *Constit. judic. Holsat. dict. pag. 39. in f.* quòd vota planè non sint communicanda, adeoque nec Principi. Nam quærebatur: An & quatenus Iudicii provincialis Notarius petentibus aliquid valeat communicare? & respondetur, quòd acta non nisi permissu judicis: vota ne quidem cum ejus permissione communicanda, sc. Partibus: ipsi ergò Principi modò *sup. dictò* petenti non deneganda.

CAPUT VII.

De Secretariis, Ingrossistis, Copistis, Ostiariis, Nunciis, eorumque Præfecto.

THESES. I.

Quæ de Protonotario disposita, & usque huc proposita sunt, ad cæteros in quovis judicio ita dictos Secretarios, Actuarios, Notarios, Lectores, Registratores, Amanuenses, Copistas, Ingrossistas, vel quò alio veniunt nomine, extendimus, atque exaudienda volumus, per *O. C. p. I. T. 79.* ubi SECRETARII, Ingrossistæ & Copistæ juramentò idem, quod aliorum, comprehenditur, ibi: *die Heimlichkeit der Canzellen/ als gefasster Urthel/ eingebrachter Rundschafft/ Protocollen/ Gerichts, Handlung und Schrifften niemands eröffnen/ lesen/ hören oder lesen lassen/ noch davon Copen geben.*

D

TH. II

TH. II.

Ordinatione Ducum Megapol. p. 1. tit. 9. in m. eadem injungitur reticentia, verb. die Heimpligkeit des Gerichts/ so sie für sich selbst oder von andern hören und vernehmen/wie auch die Urtheile/ decreta und Bescheide/ einbrachte Kundschafften und documenta, Protocolla, Gerichts/ Handlungen und andere Schrifften Niemanden/ er sey auch wer er wolle/ eröffnen/ lesen/ hören oder lesen lassen / viel weniger einige Abschrift ohne Consens und Erlaubnis des Gerichts / oder Gerichtl. Erkänntnis geben und mittheilen / & infra Tit. 20. rubr. der Copisten Eyd.

TH. III.

AMANUENSIBUS idem inculcatur, verb. die Heimpligkeit des Gerichts nicht eliminiren/ die gefasste Urtheil und Bescheide/einbrachte Kundschafft und documenta, protocolla, Gerichts/ Handlungen und andere Schrifften niemanden eröffnen / lesen / hören oder lesen lassen/ noch davon einige Abschrift geben und mittheilen.

TH. IV.

Classis infima personarum, in hoc officio famulantium, sunt Ostiarii, Nuncii, & qui à pedibus nomen habent, horumque PRÆFECTUS; Pedell/ Canselley/ Knecht/ Kammer / oder Hoffgerichts / Boten/ Boten/ Meister: qui postremus tamen è media classe ad hoc eligitur, atque adeò primò locò nunc ponendus erit, de quo in præalleg. Constit. Megapol. tit. 20. in med. ibi: was ich von Raths oder Gerichts/ Heimpligkeit / votis & consiliis hören / vernehmen und erfahren werde/ dasselbe verschweigen und niemandes eröffnen.

TH. V.

De PEDELLO disponitur in O. C. p. 1. T. 80. ubi formula

mula juramenti hæc verbã refert : und ob er der Heims
ligkeit des Raths was hören/oder vernehmen/oder erz
fahren würde/ dasselbige verschweigen und niemand
öffnen.

TH. VI.

FAMULUS CANCELLARIÆ quis sit, & quod
ejus officium, cognoscitur ex O. C. p. 1. T. 32. jam verò &
ipse silentium jurat; formula des Kammergerichts Can
zellen/Knechts Eydes/habetur *ibid.* Tit. 83. clausula huc fa
ciens sonat: oder was Heimsligkeit darin erfunden wür
de/ohne Erlaubnis eines Kammer/Richters/Verwal
ters/Protonotarien oder Notarien niemands zu eröff
nen/oder lesen zu lassen/deshalben gar kein Geschenck
zu nehmen/ıc.

TH. VII.

Deinde, Scribam in Cancellariam accersiturus, in præ
sentia aliorum, causam vel in aurem, vel nullam exprime
re jubetur in *Concept. p. 1. t. 45. §. f.* Sic & in sæpè laudata
Ord. Cur. Megapol. p. 1. T. 12. curiæ ministro, dem Ge
richts/Diener/quem cum superiori convenire atque pa
ria facere existimo, præcipitur, ut quæ vel peragenda vel
annuncianda accepit, remotis arbitraris faciat nunciatvè: ibi:
Wenn er bescheiden worden ichwas zu verrichten/sol
ches in Besenn anderer nicht vermelden/sondern ab
sonderlich in Geheim berichten und hinterbringen.

TH. VIII.

Nimirum duos dealbat parietes, qui Adessori coram
aliis nunciat secreta, neque accusari vult proditionis, qui
officiò impositò fungitur. Sed ô malitiosam simplicita
tem, eine Eulenspiegelische Einfalt und Schelm/Alber
heit: cur non & statuis in foro dispositis recitat, quas cer
tum



tum est, nemini ulterius recitaturas! debebat rem ipsam à rei modo separare.

TH. IX.

Methodo semel receptæ insistentes, adferemus, quas ampliaciones observavimus, eratque (1) desumpta ab objecto, ut (1) nec authenticum neque copias communicent. vid. *th. I. in f. b.* (2) ut non ea solum, quæ fidei eorum expressè commissa sunt, sed quorum etiam notitiam simpliciter & citra revelationem casu fortè nacti sunt, reticeant. *Mecklenb. Land- und Hoffgerichts-Ordn. p. I. T. 9.* cujus verba jam *supra* posuimus. (2) à subjecto: ut Nemini, quisquis etiam fiet, revelent: nempe, nec partibus ipsis, nec eorum Advocatis aut Procuratoribus: Neque suæ familiæ, nec extraneis; Quin nec ulli ex officialibus: possent enim fidem ejus tentandi gratiâ id fecisse, visuri, ecquid & silere possint. (3) à modo revelandi, (1) ut nec descriptas dent copias, documentorum, nec prælegant ipsa, neque verò aut legere sinant, aut audire: id quod aliquoties adfuit, estque his nostris cum reliquis, iudicio addictis commune. Paria nimirum sunt, vel directò aliquid prodere, vel in conspectu aliorum secretius agenda tractare, idque sive incautius, sive ex proæresi, quando tanquam aliud agentes hoc ipsum agimus, ut animadvertat alter: planè, ut lascivæ puellæ, quæ sapius solæ & secretæ esse possent, strepitu excitatò audiri, videri & visitari gestiunt, juxta versum:

Spectatum veniunt, veniunt spectentur ut ipse:

TH. XI.

(2) Ut nec gratis, neque dono acceptò faciant, vid. *th. 6. f. b.* Nemo gatis vult esse bonus, quandoque nec malus. Uter autem pejor sit, qui nihilò accepto prodit, an qui munera acceptat: jam non definimus.

TH. XII.

TH. XII.

Declaraciones consuetæ & hîc occurrunt v. g. (1) Permissio Præfecti, *O. C. p. I. T. 79. in f. ibi.* anders dann mit Erlaubniß eines Verwalters/Protonotarien oder Notarien/ & Ord. Megapol. *tit. 9. & 20. ibi.* ohne consens und Erlaubniß des LandRichters / oder desselben, welcher seine vices verwaltet / oder auch Gerichtl. Erkântniß.

TH. XIII.

Ratio verò, quare aliquando ipsius Cæsaris, aliquando totius Collegii seu dicasterii requiratur consensus, & causâ quidem cognitâ, **Gerichtl. Erkântniß**: quandoque verò solius Judicis, vel etiam Protonotarii, imò Notarii consensus sufficiat; hæc esse videtur, quòd nec personæ, judicio addictæ ejusdem omnes sint conditionis, atque inferiores non à Cæsare aut Principe, sed à Collegio dependeant, atque ad dubiorum suorum resolutionem hauriendam ad Præsidentem vel alios sunt remissæ, prout Protonotarium Amanuensibus, ac Nunciorum Magistrum pedellis speciatim præesse, suaque collegia seorsim gubernare, diximus. Superiores personæ non tam à Collegio, quàm ipso principali, cujus auspicii Justitia administratur, dependent ac gubernantur.

TH. XIV.

Causæ prætereà non omnes sunt æquales; aliæ majoris præjudicii, aliæ minoris momenti; aliæ magis minusvè intricatæ, ita, ut vel solo Judicis decretò de simplici & plano constitui, vel non nisi causâ plenè cognitâ definiri possint; prout vel adest contradictor, vel nullus. Quædam non cadunt sub cujusvis expeditionem, atque adeò nec cuivis notæ sunt: Satis igitur est, si quisque, quantum sibi est cognitum, occultare promittat ei, cui immediatè subest, à quo vicissim juberi aliquid, & ab officio rursus relaxari potest. Addi posset (2) declaratio, si de præjudicio tertii ageretur, sed de hoc alibi.

D 3

TH. XV.

TH. XV.

Quæ denique virtus, quod vitium in observando & transgrediendo hujus generis silentio dicendum, quæve pœna irroganda, ex supra dictis patescit; nos crambem bis coctam non adponimus; unum hoc, quantum ad processum notantes, quod in Camera Imperii vigore *Concept. p. 1. T. 16. §. 6.* Judici Camerali incumbat, ut de arcanis judicii proditis quæstionem acrem instituat, penes quem tale quid deprehensum fuerit, inde initiô factô, continuâ per investigatione ad primum autorem deveniat.

TH. XVI.

Quare, ad magis evitandam divulgationem arcanorum prospiciat, ut protocolla Assessorum in Senatibus conscripta, in archivo relinquatur, *d. t. 16. §. 7.* Similiter Senatoria, iis absentibus, quibus in illis adesse licet, claudi faciat, *ibid. §. 8. Dn. Blum. procesf. Tit. V. n. 45. pag. 23.*

Sed nos discursum hunc claudimus, DEO Opt.

Max. devotas agendo gratias.

* * *

COROLLARIA THEO-
RETICA

I.

Patria potestas, Servitus, Emphyteufis, Testamenta, Actiones, sunt ex jure civili.

II.

Magistratum adoptiones confirmando exercere jurisdictionem, &
ex-

exercere mixtum imperium, utrum-
que verum putamus.

III.

Jus in re Quintuplex, cum B. Hah-
nio, Quadruplex cum Sutholto, Tri-
plex cum Dn. Struvio: Duplex cum
Dn. Beer: Simplex cum Dn. Bornio
defendi potest.

IV.

Distinctiones juris gentium in pri-
mævum & secundarium; Domini in
directum & utile: Infamiæ in juris &
facti: Probationis in plenam & semi-
plenam: Doli in verum & præsum-
tum: Actionis in nativam & dativam,
Usufructûs in causalem & forma-
lem, tolerari possunt.

V.

Statutum passim quondam usita-
tum, ut extra civitatem matrimonia
quærentes jure civitatis excidant, a-
deo

deò iniquum non fuit; Sicut toleratur
tale inter opifices, ut vel excidat col-
legii juribus, vel recipiatur conditioni-
bus durioribus, quicumq; ducit aliam
uxorem, quàm viduam, filiamve Col-
legæ seu sodalis. Quantum igitur ma-
gis iniquus fuit Volumnius Saxa, sua-
dens Romanis: Ne quis heredem in-
stituatur mulierem? apud Liv. Lib. XLI.

VI.

Filius & legatis Falcidiam & fi-
deicommissis Trebellianicam, nec
tamen nisi unicam deducere quar-
tam potest.

VII.

Aut valde philosophatus est Mas-
furius Sabinus, aut sunt, quos le-
ges in paupertate vivere sinunt, aut
longè aliud sensit Justinianus.



ULB Halle 3
003 358 763



(f) Sb.

WNA





17367

~~No. 14~~
Q. D. B. V.

1673, 6 8

DISPUTATIO JURIDICA
de

ARCANIS PARTIUM,

Sub custodia Judicis & Officii versantibus,

Quam

Permissu Magnifici & Nobilissimi in celeberrima
Academia Salana Jctorum Ordinis

SUB PRÆSIDIO

*Viri Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi
atq; Excellentissimi*

DN. ADRIANI BEIERI,

J. U. D. celeberrimi, & Curiae Prov. Saxon.
Advocati longè meritisimi,

Domini Patroni ac Præceptoris sui

ætatem devenerandi

Publicè ventilandam proponit

PETRUS Kluge/

Weidâ-Varisc.

AUTOR RESPONSURUS

Ad diem Julij, Horis Locoque consuetis.

JENÆ, Literis BAUHO FERIANIS, 1673.



Privat
eque
d.M
atiffi
Imp
fos i
CK
Lib

